



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 174. Sigismundus Narbonna Parisios contendit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

tionem obsequii in Castella & Navarra Sæcul. XV.
 urgeret, ubi Archiepiscoporum Toletani, A. C 1416.
 & Hispalensis artibus, qui Benedicto ad-
 huc adhæserant, dicta subtractio impedi-
 ta fuerat.

§. CLXXIV.

*Sigismundus Narbonna discedit, Pa-
 risios iturus.*

Cum Gallia continuo cum Anglis bello
 implicaretur, & Turcæ Christiano-
 rum Principum diffidia opportune in rem
 suam vertentes, ferro ac flamma Hunga-
 riam devastarent, Sigismundus firmata
 Narbonnensi capitulatione Parisios profi-
 ciscitur, Gallis, Anglisque aut pacem, aut
 saltem inducias suafurus. Ubique magnis
 honorum signis exceptus fuit. Lutetiam
 delatus publico cuidam Senatui interesse
 voluit, iudicii actionem auditurus. Meza-
 rianus testatur, eum Regis locum occu-
 passe, ægre autem tulisse Gallos, quod
 data occasione ibidem Equitem creandi
 auctoritate usus fuisset. Totam hujus Monstrelet.
 facti seriem percipiamus ex Juvenale Ur- vol. I. p. 154.
 sino: Ventilata tunc fuerat caussa duo- Juven. Ur-
 rum, qui de Belicadrensi vel Carcasto- sin. hist. Ca-
 nensi Seneschali jurisdictione contende- vol. VI.
 bant, cumque iudices alteri horum defe-
 ctum conditionis Equestris objecissent,
 Imperator arrepto gladio Virum hunc pe-
Hist. Eccles. Tom. XXVI. O di-

Sæcul. XV. A. C. 1416. dibus suis advolvi juffum, Equitem crea-
vit, alta voce dicens: non subsistit ratio
a vobis allegata, nam Eques est. Observat
 Juvenalis, multos valde miratos, quod ta-
 lem actum approbaverint Galli, nam, ut
 inquit ille, Rex in suo Regno Imperator
 est, & potestatem nulli, nisi soli Deo, &
 armis suis debet. Ceterum non succes-
 sit e sententia intenta a Sigismundo pa-
 cis conciliatio; nam belli flamma Gallos
 inter & Anglos semper nova sumpsit in-
 crementa. Majore tamen felicitate Po-
 lonorum cum Equitibus Teutonicis com-
 posuit diffidia; Parisiis enim commora-
 tus, communicatis cum Carolo VI. confi-
 liis, inter ambos hosce Septentrionales
 Principes biennales effecit inducias.

§. CLXXV.

Cardinalis Fuxiensis Constantiæ.

Niem. apud Vonder Hardt to. 2. p. 438. Cardinalis de Fuxo, Archimbaldi Co-
 mitis Fuxiensis filius, die quinta Fe-
 bruarii Constantiam venit. Huic, vige-
 simum primum vel secundum ætatis suæ
 annum agenti Anno millesimo quadrin-
 gentesimo nono, ut ferunt nonnulli, Car-
 dinalitiam Purpuram concessit Benedi-
 ctus XIII. Juvenis admodum Ordinem
 S. Francisci ingressus est. Verum ob præ-
 claras animi sui dotes mox e Monasterio
 evocatus, primo Lascarrensi in Bearnia,
 dein